

*Papst Bonifacius IX. befiehlt dem Bischof Nicolaus von Cadusia, dem Markgrafen Wilhelm I. und seiner Gemahlin Anna der Tochter des Herzogs Otto von Braunschweig, die sich in Unkenntniß ihrer Verwandtschaft vermählt haben, Dispens zu ertheilen.* **Rom (s. Peter), 1402 Juni 7.**

- 5 *Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 5213<sup>b</sup>. Für die fehlende Bulle sind Löcher im Perg. vorhanden.*  
*Ann.: Die Vermählung Markgraf Wilhelms mit Anna von Braunschweig fand wohl nicht lange nach der Vermählung*  
*Markgraf Friedrichs IV. (Febr. 7, oben No. 404 Ann.), jedenfalls aber vor Apr. 1 statt; denn den Vermerk der*  
*Dresdner Kämmererechnung von 1402 (Rathsarchiv Dresden A XV<sup>b</sup> 1 fol. 157<sup>b</sup>): item feria sabato ante quasi-*  
 10 *modogeniti (Apr. 1) myner vröwen czu erunge von der stad wegin xvi ß gr., den iungfrauen ii ß gr., Thyczeman*  
*von Grunrade i ß gr. u. s. w. kann man nur auf die Markgräfin Anna beziehen. Vergl. Horn Friedr. d. Streüb. 61*  
*(wo die nachstehende Urkunde fälschlich unter 1403 erwähnt wird). Wenck 85. 125. Posse Die Wettiner 61.*

Bonifacius episcopus servus servorum dei venerabili fratri Nicolao episcopo Catho-  
 siensi in diocesi Misnensi commoranti salutem et apostolicam benedictionem. Oblate nobis  
 pro parte dilecti filii nobilis viri Wilhelmi nati quondam Frederici marchionis Misnensis  
 15 domicelli et dilecte in Christo filie nobilis mulieris Anne nate quondam Ottonis ducis  
 Brunswicensis domicelle Misnensis diocesis petitionis series continebat, quod olim ipsi  
 ignorantes aliquod impedimentum inter eos existere, quominus possent invicem matri-  
 monialiter copulari, matrimonium inter se per verba legitime de presenti in facie ecclesie  
 publice contraxerunt illudque postmodum carnali copula consummarunt. Cum autem,  
 20 sicut eadem petitio subiungebat, postmodum ad dictorum Wilhelmi et Anne notitiam per-  
 venerit, quod ipsi ex uno, secundo et quarto ex alio lateribus consanguinitatis gradibus  
 invicem sunt coniuncti, propter quod in huiusmodi matrimonio licite remanere nequeunt  
 dispensatione super hoc apostolica non obtenta et, si divortium inter eos fieret, gravia  
 possent exinde scandala verisimiliter exoriri, pro parte dictorum Wilhelmi et Anne nobis  
 25 fuit humiliter supplicatum, ut providere ipsis super hoc de oportune dispensationis gratia  
 de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui inter cunctos Christi fideles pacem  
 et concordiam vigere intensis desideriiis affectamus et eorum scandalis libenter, quantum  
 cum deo possumus, obviamus, huiusmodi supplicationibus inclinati fraternitati tue, cum  
 ex certis causis diocesano loci, cui esset in hoc casu scribendum, ad presens scribere  
 30 omittamus, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatinus, si est ita dictaque  
 Anna propter hoc rapta non fuerit, cum eisdem Wilhelmo et Anna, ut impedimento, quod  
 ex consanguinitate huiusmodi provenit, non obstante in huiusmodi matrimonio sic contracto  
 licite remanere valeant, auctoritate apostolica dispenses, prolem ex huiusmodi matrimonio  
 susceptam si qua sit et suscipiendam legitimam decernendo. Datum Rome apud sanctum  
 35 Petrum vii. idus iunii pontificatus nostri anno tercio decimo.

*Auf dem Bug: Pro A. de Alexandria*

*Io. Gremmis<sup>a</sup>).*

*x*

*Unter dem Bug: Iuñ.*

*M. de Scanagatha<sup>b</sup>)*

*Auf der Rückseite: R<sup>n</sup>.*